HOMILIARIUM
11. Jh. Seite 169r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=743
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



sine die. amaritudo sine dulcedine. obscuritas sine lumine.
ubi nec diuitię nec parentes. nec coniuges. nec filii. nec
uicini poterunt subuenire. ubi nichil boni peccator om
nino inueniet. nisi qđ de hoc sclo caste et iuste uiuendo
ꝑ elemosinarū largitatē transmiserit. Hęc ergo cogitan
tes frs kmi tam casti et tam sobrii. et tam pacifici ad istud
altare dō auxiliante studeamus accedere. ut ab illo ęt̄
no altari n̄ mereamur excludi. Qui eñi ad hoc altare cas
to corpore et mundo corde cū secura et munda consci
entia uenerit. ad illud altare sublime qđ in cęlis ē felici
transmigratione ꝑueniet. Ad extremū tamen frs kmi
non ē graue nec laboriosū qđ suggero. Hoc eñi dico. qđ
frequent̄ fieri aspicio. Omnes quidē uiri quando cōmu
nicare desiderant. lauant manus suas. et om̄s mulieres
nitida exhibent linteamina ubi corpus xp̄i accipiant.
Quomodo uiri lauant de aqua manus suas. sic elemosinis
lauent conscientias suas. Similiter et mulieres quomodo
nitidum exhibent linteolum ubi corpus xp̄i accipiant.
sic corpus castū et cor mundū exhibeant. ut cum bona
conscientia xp̄i sacramenta suscipiant. Rogo ergo uos
frs kmi. nunquid aliquis ē qui in arcam sordibus plenā
uelit mittere suā preclaram uestem. Et si in arcam sor
dibus plenā uestis n̄ mittitur preciosa. qua fronte in
anima quę peccatorū sordibus inquinatur xp̄i eucha
ristia accipitur. Et quia istis uerissimis exemplis loqui
cepimus. etiā hoc qđ bene nostis insinuo. Non eñi puto
ēē aliquē hominē. qui in arca ubi p̄ciosas uestes habet